

- ctos, aut colligendos *Cerro decis. 861. nu. 1.*, & *se. 19.*, ubi *nu. 3.*, quod sicut directum Dominium est indivisibile, ita & canon non debet dividi, sed per modum indivisibilis solvendum in recognitionem ejusdem: idèdque etiã ob magnam sterilitatem nõ excusatur, Emphiteuta negligens canonis solutionem, *Abbas in c. Propter sterilitatem, & c. Potuit de locato, Borell. dicto tit. 33. n. 304.*, si verò canon, seu pensio respiceret
- 19 fructus, sicque Magnæ esset quantitatis, ut solet respicere in locatione, tunc ob sterilitatem fieret remissio pensionis, & in hoc sensu procedunt allegata per *Barbosam in l. 1. C. de Jure Emphit.*, *Pigant. ad Statutum Ferrariae lib. 2. rub. 122. num. 15.*, *Belmont. decis. Ferrariae 144.*, *Fulgini. de Emphit. tit. de solut. canon. q. 1. num. 97.*, & *seqq.*, *Perez delara de Anniversar.*, & *Capellis lib. 1. c. 15. num. 17.*, *Roman. Consil. 369. nu. 32.*, quod intelligit *Rota coram Cerro in dicta. decis. 861. à num. 7.*, & *seqq.*, si contractus reduci possit ad formam locationis, aliàs si pacta in Investitura apposita sint adèd propria Emphiteusis, ut contractus aliam formam nequeat recipere, tunc non fit remissio canonis.
- 20 An negligens in solvendo canones possit præjudicare successoribus, respondit *Rota coram Coccin. decis. 343. num. 1.* posse, post *Corbulam de causa privationis ob non solutum canonem ampliat. 7. num. 1. 2.*
- 21 Tertio, potest contingere negligentia emphiteutæ in implemento pactorum, nam pacta omnia justa in concessione Emphiteusis posita servanda sunt, *Caldas de Emphit. lib. 1. q. 11. num. 2.*, & *lib. 2. quest. 7. num. 7.*, etiã si contra naturam Emphiteusis essent, quare illa non observans, vel in commissum, vel in pœnam incidit juxta tenorem investituræ, & pluribus allegatis per *Borell. dicto tit. 33. num. 283.*, *Corbula de Emphiteusi tit. de causa privationis ob inobservantiam pactorum.*
- 22 Quæ adèd vera sunt, ut si inter dominũ, & Emphiteutam fiant pacta diversa, vel etiã opposita bullis Pontificiis, puta quod non solvendo canonem rescadat in commissum, vel quod possit alienari in Ecclesiam, aliàsque manus mortuas, vel quod succedant fœminæ sicuti, & masculi, non servatis statutariis successioneibus, pacta hæc omnia servanda sunt, *Pigant. ad rubricam*

127. 2. libri Statuti Ferrariae num. 46., ubi num. 48., quod Vassalus non servans pacta potest cadere à Jure suo, si ita sit conventum, & dato pacto, quod in Emphiteusi semper solvatur canon, seu pensio, etiã non obstante quocunquẽ casu fortuito sterilitatis, belli, alluvionis excogitato, vel in excogitato, solito, vel insolito &c., tale pactum est omninò servandum, etiam si pensio, & canon consisteret in magna summa; *Cerro decis. 861. num. 12.*, *Fulgini. de solut. canon. quest. 1. num. 118.*, sicuti, & pactum cum obligatione camerale, *Cerro decis. 357. num. 10.*

23 Limitanda tamen venit regula, si in observando pactum, aut Princeps obstaret, aut timeret de obsistentia, & coactione ex causa publica, quia tunc, cum inobservantia, & præmissio sit necessaria, non imputatur in negligentiam, neque debetur pœna, *Coccin. decis. 1878. num. 14.*, *Gabriel. Consil. 92. nu. 5. lib. 1.*, *Corbula de privatione ob alienat. irrequisito domino, limitat. 30.*

24 Dato pacto, quod negligens per biennium solvere canonem ipso jure cadat ab Emphiteusi, & sit ipso jure privatus nulla expectata sententiã, tamen ante sententiã declaratoriam, non tenetur in conscientia dimittere Emphiteusim, neque se ipsum proderere, aut se omisisse fateri, eo quia pœna, vel sit legalis, vel sit conventionalis, non debetur in conscientia ante sententiã declaratoriam, immò neque possit obligari, ita ut debitor teneatur ex se pœnam exequi, putà fundum domino consignare, sed solum tenetur pati, ut per dominum bona apprehendantur; *Fulgini. de Emphiteusi tit. de Variis caducit. quest. 18. num. 2.*, & *seqq.*, & latius examinavi in artic. de negligentia fisci, seu officialium fisci, quæ recolige & prima parte artic.

25 An per solam oblationem canonis evitentur negligentia, & evitari si oblatio sit realis, & non tantum verbalis, & facta tempore congruo, dixit *Fulgini. de Emphit. tit. de solut. canonis quest. 2.*, ubi vide, sufficere tamen verbalis in Judicio, parato animo faciendi realem oblationem, vel ad omne mandatum Judicis, vel ad omne vele Domini, *Cerro decis. 812. num. 24.*

26 Potest, & Dominus directi incurrere negligentia Culpam, si negligat, aut recuset in-

set investire sine justa causa, cum quam tenetur investire, & qui tempore debito petiit investi, ut in terminis nostræ Bonifacianæ, qui succedit hæres, vel acquisivit titulo Emptionis, permutationis &c. quia cum facta sint ad instar allodialium, possunt bona Emphiteotica liberè alienari, tenetur ergo dominus directi Investire, tũ ex dispositione præfatæ bullæ, tum ex specialia obligatione posita in Instrumento Investituræ, qua se obligat contractum manutene quantum sit pro dato, & facto proprio, cum igitur inter cætera pacta sint, quod in emphiteusi succedant qui succedere possunt, & debent secundum formam Investituræ, & Usus patriæ, vel sit Clausula, & quibus dederit, vel cum libera facultate faciendi, alienandi cui voluerit dummodo non in personas, & loca prohibitas, & prohibita, sequitur, quod D. directus teneatur manutene quantum est pro sua parte, quia contractus est utraque parte obligatorius, & sicut Emphiteuta tenetur servare pacta, ita, & dominus, cum nõ debeant ad imparia Judicari ad *tex. in c. 1. ad finem de forma fidelitatis*, quem *tex. Sanctum Jus continere*, sed dominis terribilem esse dixit *ibid. Bald.*, qui, & in *Consilio 188. num. 5. Vol. 2.*, ait, quod Dominus Vassalo in omnibus illis ad quæ Vassalus illi obligatus est, vices reddere tenetur *Corneus consil. 331. lib. 4. num. 3.*, *Alex. consil. 15. num. 5. lib. 5.*, *Cravet Consil. 241. n. 7. 8.*, *Afflicti. decis. 24. num. 4.*

27 Hinc sequitur, quod negligente domino Investire eum, cui investitura est de Jure debita, etiã de Jure censetur eidem concessa, *Coccin. decis. 1388. in fine*, *Seraphin. decis. 610. num. 8.*, & *decis. 630. num. 1.*, *Pigant. ad bullam Bonifacianam nu. 38. Vers. sed si subiectus*, & *Vers. ac proinde*, ibi, si Prælati alium investiret tanquam de re devoluta, & de devolutione non constaret, caderet suo jure Investitura, vel ex

defectu intentionis, vel ex falsitate causæ, & *num. 39.*, ubi plura.

28 Poterit pariter notari negligentia culpa dominus si emphiteusis fuisset concessa cũ clausula, & quidquid voluerit perpetuo faciendum, si Emphiteuta petat consensum alienandi, & dominus consensum irrationabiliter neget, quia Virtute talis clausulæ tenetur consensum præstare, *Jafon. in l. fin. num. 68. C. de Jure Emphit.*, *Surd. decis. 220. num. 54. 55.*, Ubi plures allegati, qui dicunt tunc consensum haberi pro præstato, & posse Emphiteutam alienare salvo tamen assensu.

29 Quin immò, quod dominus negligens investire post petitam Investituram amittat jus suum proprietatis probat *Minsiger in observat. Imperial. Centuria 4. observat. 91. nu. 8.*, *Schrader. tract. feudor. p. 10. sec. 4. nu. 61.*, & *seqq.*, & *num. 177.*, ubi quod tunc Vassalus, & Emphiteuta poterit agere contra dominum ad interesse, *Alvar. in c. 1. §. fin. num. 10. de Milit. Vassal. Speculator in §. nunc dicamus num. 1. de feudis*, & Emphiteuta poterit appellare à denegata Justitia, *Gaill. lib. 1. observat. c. 28. num. 3.*, *Schrader. supra num. 142.*, & *144.*

30 Re in totum destructa Emphiteuta non tenetur solvere Canonem, nec rem reedificare, puta domus incendio consumpta est, vel terremotu corrui, *Garzia de expensis cap. 15. num. 17.*, *Surd. de aliment. tit. 7. quest. 33. num. 19.*, & *decis. 198. num. 4.*, *Gratian. discept. for. c. 195. num. 18.*, *Borell. in summa decis. tit. 33. lib. 1. num. 229.*

31 Limitatur tamen si res destructa sit paulatim, ex negligentia Emphiteutæ, quia tunc tenetur solvere integram pensionem, ne ex sua negligentia commodum ipse reportet, & dominus ex aliena negligentia damnum patiat, *Borell. supra num. 232.*, & post eum, *Barbosa in cap. Potuit n. 103. de locato.*

De Negligentia Episcoporum.

S U M M A R I A.

- 1 **N**egligentia in Episcopo gravissimum peccatum est.
- 2 Plures Episcopos damnari propter peccatum omissionis.
- 3 Episcopo semper vigilandum est.
- 4 Ex Sacris Scripturis demonstrantur gravia damna, quae ex Episcoporum negligentia sequuntur.
- 5 Qui diligit praesse, & non prodesse, non est Episcopus.
- 6 Qualis electio fiat Episcoporum, ex Trid. sess. 24. c. 1. de reform.
- 7 Negligentia Episcoporum damnata per sacros Canones.
- 8 Episcopo negligenti jus non subvenit.
- 9 Episcopus negligens multum vilescit.
- 10 Episcopus negligens administrare sacramenta, quae ad ipsum spectant, graviter peccat.
- 11 Episcopus inutilis propter negligentiam meretur deponi.
- 12 Omittens, quae necessaria sunt ad salutem animarum peccat mortaliter.
- 13 In hac vita nihil acceptabilius officio Episcopi, sed nihil periculosius, ex D. Augustino.
- 14 Episcopi redarguuntur de negligentia, Ezechiel. c. 34.
- 15 Propter negligentiam Episcoporum plures disseminati sunt errores.
- 16 Ezechiel. c. 34. refertur poena inferenda pastoribus negligentibus.
- 17 Potissimum munus Episcopi est, corrigere errantes.
- 18 Debet Episcopus corrigere non solum inferiores, sed nobiliores, Magistratus, & Principes; tanquam medicus Universalis.
- 19 Tenetur maxime corrigere Clericorum, & Canonorum excessus.
- 20 Debent corrigere Clericos negotiatores, ad turpia se immiscentes, arma portantes.
- 21 Qui non corrigit, errantes non amant summum pastorem, sed se ipsos.
- 22 Judicium durissimum in iis, qui praesunt; fiet.
- 23 Negligentia in corrigendo, in Episcopo est peccatum mortale.
- 24 Difficile est Magistratus, & principes seculi corrigere, nisi Episcopus sanctitate praesulgeat, ut Sanctus Ambrosius.
- 25 Propter negligentiam Episcoporum, Deus multoties Immittit flagella.
- 26 Delicta populorum, Episcopis imputantur.
- 27 Episcopus licet in se sit bonus, gravatur tamen delictis populi, quae non correxit efficaciter.
- 28 Nec debent timere Episcopi obloquentium asperitatem, aut delectari adulantium blandimentis.
- 29 Negligens in regimine propriae domus, non debet promoveri ad Episcopatum.
- 30 Ex negligentia Episcoporum totus mundus subvertitur.
- 31 Episcopatus est matrimonium spirituale, ideo Episcopus debet sustinere Onera matrimonii.
- 32 Episcopus negligens, corripiendus est ab aliis Episcopis vicinioribus.
- 33 Debet residere in sua Ecclesia, tanquam sponsus in matrimonio Junctus.
- 34 Qualiter ex concilio Trid. probibeatur, vel permittatur abesse.
- 35 Possunt abesse ad effectum eundi ad limina.
- 36 Reprobandus est, qui Ecclesiae redditus diligentius curat percipere, quam onus pastoris sustinere, vel totum onus recideret in Vicarium.
- 37 Reddet rationem, si non laboraverit, non vero si non profecerit, quia labor est Episcopi, profectus est Dei.
- 38 Tenetur diligenter tueri, & custodire bona Ecclesiae.
- 39 Pro qua defensione bonorum potest adhibere utrumque gladium, scilicet spirituale, & temporale.
- 40 Etiam non requisitus debet uti omni diligentia, pro defensione suae Ecclesiae bonorum.
- 41 Erit perjurus, si negligat servare Canones, & regulas sanctorum Patrum, pro ut Jura vit tempore suae Consecrationis.
- 42 Tenetur defendere bona Ecclesiasticorum, & bona eorum Patrimonialia, ut gaudeant Immunitate a tributis, collectis, & gabelis, & refertur responsum Sacrae Congregationis acriter reprehendentis Episcopum in hoc negligentem.
- 43 Debet etiam tueri Clericorum personas a iudice laico, alias mereretur puniri, & incideret in perjurium.
- 44 Pauperes oppressos tenetur sublevare pro posse, alias

- alias negligens graviter culparetur.
- 45 Tenetur diligenter curare, ne Uxor divertat a marito, sed ad coniunctionem maritalem reducere.
- 46 Si Episcopus negligat conferre beneficia ad suam collationem spectantia, post sex menses, eorundem Collatio devolvitur ad superiorem, pro ea Vice.
- 47 Eo ad hunc effectum praesumitur habere scientiam Vacationis beneficiorum suae Diocesis, modera, ut num. 49.
- 48 Ut exercitium Jurisdictionis Contentiosae devolvat propter negligentiam Episcopi, quae nam requirantur, remissive.
- 49 Negligentia imputatur Episcopo, per quem fiat, ne possessionem capiat Episcopatus.
- 50 Limita in impedito, licet ex sua culpa incurrerit tale impedimentum, quod tamen nunc nequeat remove.
- 51 Devoluta Collatione beneficii ad Archiepiscopum, ob negligentiam Episcopi, si & ipse negligat conferre infra sex menses, collatio devolvitur ad summum Pontificem.
- 52 Tenetur Episcopus infra duos menses instituire praesentatos a Patrono beneficii Parrochialis, praesentanti insistent, alias institutio, ob negligentiam devolvitur ad Superiorem, juxta Constitutionem B. Pii V.
- 53 In Institutione ad beneficia simplicia non est in jure tempus taxatum.
- 54 Si vero in beneficio simplici, negligat Episcopus instituire, recurrendum est ad superiorem, qui certum terminum assignet, quo elapso si adhuc Episcopus non instituerit, tunc superior Instituit Jure devoluto.
- 55 Praequiritur tamen trina Interpellatio, antequam possit recurri ad superiorem.
- 56 Ita pariter, ut Jurisdictio ad corrigendum crimina devolvat in non notorius, praequiritur, ut superior assignet Episcopo terminum infra quem corrigit, quo elapso negligente Episcopo, Jurisdictio devolvitur.
- 57 Negligens Episcopus congregare Synodum, punitur suspensione ad duos menses, nisi in visitatione sacrorum liminum, sufficiente afferat excusationis causam, limita ut num. 61. 62.
- 58 Quae negligentia in congreganda Synodo maximum in Ecclesia detrimentum Invenit.
- 59 Qui tenetur Synodo interesse, si negligat, possunt ab Episcopo puniri poena spirituali, vel pecuniaria.
- 60 Quae autem sit causa sufficiens excusans a congreganda Synodo, remittitur prudentis arbitrio.
- 61 Negligentia gravissima erit, si Episcopus omitat Visitare suam Diocesim, quia uti medicus spiritualis debet quaerere, & singulares dignoscere infirmitates.
- 62 S. Carolus Boromeus Mediolani Archiepiscopus, visitando loca in accessu suae Diocesis, multum profuit.
- 63 Garzias de beneficiis refert, maximam necessitatem Visitandi quosdam Episcopos in Regnis Hispaniarum.
- 64 Notatur necessitas Visitationis.
- 65 Debet Visitare quam primum, & discretè, ne gravet Visitatos.
- 66 Nec Episcopus, nec quisquam suorum potest munera acceptare dum Visitat.
- 67 Potest pluries, etiam in anno Visitare, si necessitas exposcat, etiam receptis Viaticis a Visitatis, si vero non exposcat necessitas, Visitat propriis expensis.
- 68 Tenetur multa diligentia curare Opus Doctrinae Christianae, ut scilicet pueri, caeterique fideles Instruantur mysteriis Fidei.
- 69 Ad hoc B. Pius V., mandavit errigi Confraternitates.
- 70 Debet Episcopus praedicatione per se, vel per alios, populos instruere, ad quod referuntur horrendi casus, num. 74.
- 71 Apostoli Pauli ad Timot. gravis instantia, ut praedicet opportune, importune.
- 72 Tenetur Episcopus singulari diligentia custodire Monialium, & Monasteriorum clausuras sub obtestatione maledictionis aeternae.
- 73 Etiam si moniales sint sub immediata subiectione Regularium, ut sacra Congregatio Concilii censuit.
- 74 Diligenter etiam debet examinare puellas Ingressuras Monasterium, & antequam professionem emittant, explorando earum liberam voluntatem.
- 75 Debet diligenter procurare chori disciplinam in sua Cathedrali.
- 76 Tenetur diligenter procurare, ut Clerici incedant Vestibus, & habitu convenientibus statui Clericali.
- 77 Discordantes Civos ad pacem, & concordiam reducere, alias negligendo peccat mortaliter.
- 78 Habet specialem obligationem subveniendi pauperes, & mediante elemosina aquiruntur scientia divinatorum.
- 79 Negligentia Episcopi in corripiendo efficaciter Clericos